UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Sermones Fratris Gabrielis Barelete ordinis predicatorum tam quadragesimales: q[uam] de sanctis

**Barletta, Gabriel**

**Parisius, 1507, XXV. Jan.**

De festo sanctorum innocentum: de virginitate.

urn:nbn:de:hbz:466:1-69837

Visual Library

celum aſcendit. Rõ cum xp̄s eũ̄ cuſto
dierit. Jo. ne in oleo coꝛrũperetur ne
doloꝛẽ moꝛtis ſentiret. Si fuit libera
lis in mundo: plus in celo quẽ in ipſo
collocauit i vtroq̃ꝫ. Querit̃ dubiũ qua
re tñ̄ dilexit Jo. R̄ndet Tho. ſup Jo=
han. c. xxi. Qḋ triplex cauſa. Prima ē
puritas: quia virgo fuit eccleſia. Uir=
go eſt elect⁹ a dño. Scḋa eſt accelera
ta ꝯuerſio: quia magis eſt q̃ꝫ alij iu=
uenis ad xp̄m eſt ꝯuerſus. Tertia fu=
tura adoptio: quia intendebat ipſum
ponere in ſinum matris.

¶ In feſto innocentium.
De virginitate.

Virgines eñ̄
ſunt ⁊ ſequuntur agnũ
quocumq̃ꝫ ierit. Apoc.
xiiij. cũ diuina ſapiẽtia ſit ſumma pu
ritas et pulchꝛitudo vt cõtinent ſacre
ſcripture in p̄s. Specioſus foꝛma pre
filijs ⁊c̃. Can̄. v. Dilect⁹ me⁹ cãdidus
⁊ rubicundus. Candidus p puritateꝫ
virginitatis. Rubicũdus p ſanguinis
effuſionẽ. Jdeo ſũme diligit eos q̄ am
bulant in puritate baptiſmali. Un̄ La
ctã. in. vi. li. c. i. Nihil eñ̄ sctã ⁊ ſingu
laris illa maieſtas aliud ab hoie deſi
derat q̃ꝫ ſolã innocentiã. Quã ſi quis
deo obtulerit: ſatis pie religioſeq̃ꝫ lita
bit. puer. xij. Qui diligit coꝛdis mun
diciã habebit amicũ regẽ. Figurati=
ue Apoc. xiiij. de turba quã Johãnes
vidit: de nullo mẽtionẽ fecit: niſi tñ̄
de virginib⁹. Hi ſunt q̄ cũ mulieribus
nõ ſũt coinquinati virgines eñ̄ ſunt ⁊
ſequunt̃ agnũ quocunq̃ꝫ ⁊c̃. Et canta
bant canticũ nouum. Sup quo Greg.
Singulariter canticũ nouuꝫ agno ca
nere eſt cũ eo in perpetuũ pre ceteris
fidelibus de carnis incoꝛruptiõe gau
dere. ⁊ iõ Ambꝛo. in. li. de offi. Jn cun
ctis ſacrificijs. Nullũ eſt deo gratius
q̃ꝫ q̄ innocẽs ꝯſeruet innocentiã: ſm̄
Alber. ſup Lucã. ſex ſunt ſacrificia
ſed nullũ eſt deo grati⁹ q̃ꝫ innocentia

¶ Primum eſt ieiunium. Joelis. ij.
Cõuertimini ad me in toto coꝛde vr̄o
in ieiunio in fletu. Scḋm or̄o Jacobi.
v. Multuꝫ enim valet oꝛatio iuſti.
¶ Tertium eſt elemoſyna. Jſa. lviij.
Frãge eſurienti panẽ tuũ ⁊ egenos va
goſq̃ꝫ induc in domũ tuã. ¶ Quartuꝫ
cõtritio. p̄s. Coꝛ contritũ ⁊ humi. ⁊c̃.
¶ Quintuꝫ ꝯfeſſio: p̄s. Dixi ꝯfitebor
aduerſum me. ¶ Sextum ſatiſfactio.
Aug. Nõ dimittit̃ pct̃m: niſi reſtitua
tur ablatum. Jdeo in cõmendationem
virtutis: puritatis: matrem virginem
aſſumere voluit vt oñderet virginita
tis excellentiã. Hãc habuerunt puuli
ppter quaꝫ deo adheſerunt. Ep̄la ca
nit. Sine macula enim ſunt. Jḋ dicit
thema. Uirgines eñ̄ ⁊c̃. Ad laudem
ergo hoꝝ innocentiuꝫ: de virginitate
qua deo ſuo placuerunt: loquemur.
De qua tria videbimus in p̄ſenti.
¶ Primũ dr̃ oppoſitionis.
Scḋm dr̃ declarationis.
Tertiũ dr̃ p̄miationis.
¶ Primũ dr̃ ⁊c̃. Dubiũ querit̃. Quid
ſit meli⁹: ⁊ p ꝯñs nobilius. Aut ſerua
re virginitatẽ. Aut matrimoniũ con
trahere. Arguunt ꝯiugati q̄ mr̃imo
niuꝫ dignius: p ꝯñs ſeruandũ triplici
medio. ¶ Primuꝫ eſt tale. Om̄e quod
eſt ꝯtra p̄ceptuꝫ legis nature et legis
diuine: oı̄no eſt illicitum et a nullo ob
ſeruandũ: q2 ſcꝫ eſt pct̃m. Sed ſtatus
v̄ginalis eſt ꝯtrari⁹ legi nature ⁊ di
uine: igit̃ ⁊c. ¶ Primo contra legem
nature: quia vt ph̄s in. ij. ḋ aia. ⁊ ſm̄
i. celi et mundi: ⁊ in. v. de aialib⁹. Na
tura appetit generationẽ indiuiduo
ruꝫ ppter conſeruationẽ ſuarũ ſpeci=
erum. Si nõ eſſet mr̃imoniũ: iam non
eſſet pcreatio hoim̄. ⁊ ſic mundus de
ficeret. Contra hãc legẽ maxime pu
gnat v̄ginitas. Jgit̃ virgi. ⁊c̃. ¶ Se=
cundo eſt ꝯtra legẽ diuinalẽ. Gen̄. i.
Creſcite ⁊ multiplicamini: ⁊ replete
terrã. Cõtra hoc p̄ceptuꝫ maxime pu
gnat v̄ginitas. Et ſicut illicitum eſt
ſeruare legalia antique legis ſic lici
tum eſt ſeruare caſtitatẽ. Unde eam



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ſeruantes in veteri lege et non relin
quentes poſt ſe ſemen: erant maledi=
cti maledictione opprobrij: vt pz de
Joachim ꝛc. Qđ figuratur Mat. xxi.
qñ xp̄s maledixit ficulnee. quia ſine
fructu. Secundum argu. Bonuz quã
to cōius: tanto diuinius: vt pz p phm
x. Ethi. Sed matrimoniuz eſt ordina
tum ad bonū cōe. ſ. ad multiplicandū
genus humanuz. Hieroñ. xxxij. q. i. c.
Nuptie. ⁊ eſt ad Paulaz. Nuptie re=
plent terrã: ꝟginitas autē eſt bonum
particulare et p ſe. Unde nõ eſt ſeruã
da. Ex hoc platho motus et vt Aug. re
fert de vera et falſa religione: ꝙ vir=
go vſqꝫ ad mortē mãſit: immo poſuit
ſtudium in villa q̄ dicebatur Achade
mia que erat peſtilentis aeris: vt di=
ſcipulos in terrore mortis poneret.
et ſic virginitatez ſeruauit. In morte
poſitus dijs ſacrificarent vt ei parce
rent pctm̄ virginitatis: ꝓ eo ꝙ erat
contra bonum cõmune. Unde vos ſe
culares dicitis qñ videtis aliquē reli
gioſum. O fuit peccatū: quia vxorari
poterat. Qđ aplus videtur cõfirma
re. i. Coꝝ. vij. Alligatus es vxori. no
li querere ſolutionē. i. genera filios.
¶ Tertiū. argu. Pena non datur niſi
p peccato. vt patz. C. de penis. l. San
cimus. et. ff. quibus vt indignus. l. Re
ſcriptuz. et extra de hijs q̄ fiunt a ma
iori pte capituli. ⁊ per cano. xvi. q. i. c.
Si quis. ⁊ p Tho. in. iiij. di. xviij. q. iij
ar. i. Pena imponebatur apud roma
nos ſeruantibus virginitatē: et qui vi
tam celibem ducebant: vt ptz per Ua
lerium. et in veteri lege Deut. vij. p=
hibebatur ſeruare virginitatē. ¶ Se
cunda opinio eſt virginum que ꝓbãt
tuū intentum virginitatem eſſe digni
orem triplici medio. ¶ Primum eſt
tale. Ille ſtat⁹ eſt dignior de quo xp̄s
naſci voluit. Sed xp̄s non de cõiuga=
tis: ſed de virgine naſci voluit. Et hoc
totum vt dicit Beda ſuper lucam: vt
oñderet p̄conium virginitatis: et quã
tum ipam diligebat. Ex hoc Jo. euã.
ꝓ patrē putatiuum ioſeph virginem
cuſtodiuit. Uñ Tho. in. iiij. di. xxxv. q.
iij. ar. iij. Uirginitas ſupremū decorē
vendicat. ¶ Scđm eſt. Ille ſtatus di
gnior q̄ maiorem recipit fructum. Sz
virginibus datur maior fruct⁹: quia
virginibus datur fructus centeſimus
viduis ſexageſimus. cõiugatis trige
ſimus. vt ptz p parabolam. Mat. xiij.
Amb. lib. de ꝟginitate. Bona eſt con
tinentia coniugalis: melior cõtinētia
vidualis. optima munditia ꝟginalis.
Ille. Igit ꝛc. ¶ Tertiū eſt tale. Ille.
ſtatus eſt nobilior qui p̄mo eſt inſtitu
tus in nobiliori loco: ſed virginitas p̄
us fuit q̄ꝫ matrimoniū et in nobiliori
loco: qꝛ angeli virgines pri⁹ ſunt cre
ati q̄ꝫ hō. et in nobiliori loco qꝛ in em
pyreo celo. Preterea et Adam polit⁹
eſt virgo in padiſo et de terra ꝟginea
creatus. igitur ꝛc. pz primum.
¶ Secundum principale ꝛc. Tho. in
iiij. di. xxxiij: ar: iij. q iij. ⁊. xxij. q. clv.
ar. iij. Ric. in. iiij. diſt. xxxiij. ar. iiij. q.
ij. Petrus de pal. in. iiij. di. xxxiij. Ubi
querunt an ſtatus coniugalis ſit ma
ioris meriti: q̄ꝫ virginalis: an econuer
ſo: perfectior et excellentior. Rñdēt ꝙ
ſtatus continentium et ſtatus cõiuga
toruz pōt dupliciter conſiderari. Uno
modo ad tp̄s legis ſcripte: et tempus
legis nature. Alio modo ad tēpus le
gis euãgelice. Si primo modo maio
ris meriti fuit ſtatus coniugatoꝝ q̄ꝫ
abſtinentiuz: et ſtatus ille preferreba
tur ſtatui ꝟginitatis. Et rō eſt quia
erat tp̄s multiplicandi genus huma
num. Et hoc ſtatus m̄rimonij p̄fere=
batur et ſtatus ꝟginitatis ꝓhibebat
et hoc ꝓpter multiplicationē fideliū.
Si aūt referebat ad tp̄s legis euan
gelice qꝛ eſt tp̄s multiplicationis fide
lium p gñationē ſpūalē: eſt maioris
meriti ſtatus abſtinētiuz q̄ꝫ ſtat⁹ con
iugatoꝝ. Et dico ꝙ virginitatis ſta
tus eſt dignior matrimonio. Que cõ
cluſio ꝓbatur triplici rōne.
¶ Primo rōne difficultatis.
Scđo rōne vtilitatis.
Tertio rōne conformitatis.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Primo rõne. ⁊c̄. Concluſio phi. ij.
Ethi. ꝙ virtꝰ ⁊ bonũ circa difficile cõ
ſiſtit. ⁊ Boñ. in. iij. di. xxxix. Virtꝰ eſt
de bono difficili ⁊ arduo vbi eſt maior
difficultas: ibi ratio ꝟtutis eſt maio=
ris p̄mij ⁊ meriti. O pr̄ qñ ieiuno non
poſſum dormire: ibi maiꝰ p̄miuꝫ non
poſſum comedere: orare. ibi maius p̄
miuni. Vbi difficultas: ibi rõ ſpalior
virtutis. Ad ꝓpoſitũ. Peto a te o mu
lier: qualis maior difficultas accipe
re virũ: an ſeruare virginitatem. Ve=
re pr̄ virginitatē ſeruare: qꝛ caro ho=
minē ſtimulat: et ſtimulꝰ iſte ita gra
uis eſt ꝙ pauci euadunt immunes.
Au. in li. de agone xp̄iano. Inter oīa
xp̄ianoꝝ certamina: duriora ſunt p̄lia
caſtitatis: vbi cõtinua pugna ⁊ rara
victoria. Ille. Ad practicã. Fortis fu=
it ſanſon q̄ leonē occidit. Iud. xiiij. ſi=
militer ⁊ dauid. i. Reg. xvij. Sed am=
bo amplexibꝰ mulieꝝ moleſcunt. Sa
piens Salo. Sꝫ tñ a mulieribꝰ defe=
ctus eſt. Fortis Alex. q̄s eloquentior
Marco Anthonio: tñ in cleopatrã in
ſaniuit. Quis fortior hercule: q̄ tñ in
Deianirã exarſit. Quis prudentior
Iaſone: q̄ tñ in Medeã ꝓſtratus eſt o
duruꝫ bellũ. o magnum p̄liũ vere. Ido
exclamat Ambro. lib. de virginitate.
Maior certe eſt victoria virginuꝫ: q̄ꝫ
angeloꝝ. Angeli eñ ſine carne viuũt
virgines vero in carne triumphant.
Ille. ⁊ hiero. In carne p̄ter carnē vi=
uere non terrena vita eſt: ſꝫ celeſtis.
Ille. In quibꝰ verbis: merito dubiuꝫ
notabile q̄ritur. Quale maiꝰ opꝰ eſt.
An pati martyriuꝫ: vt martyres. An
ſeruare ꝟginitatem. Opinio vna fuit
Aug. ꝙ eſt pati martirium: vbi dicit
ſup ꝟbo Math. v. Bti q̄ pſecutionem
pa. ꝓpter iuſticiaꝫ. Oēs alie beatitu
dines ꝑficiuntur in iſta. Alia opinio
Amb. Cũ quo teneo ego Gabriel frat
ꝙ maiꝰ opꝰ eſt ꝟginitatis. Et ratio ē
phi in. iij. phi. In. iij. Topi. bonũ q̄ꝫto
ꝑmanentius: tãto melius. Et ſi mar=
tyres ſint paſſi tormenta: tñ cito pre=
tereunt ꝑ horã: ꝑ diē: ꝑ menſem. Sed
martyrium virginitatis durat per an
nos. l. ⁊. lx. Magnũ martyriuꝫ michi
videt illiꝰ religioſi. q̄ ꝑ annos. xl. lx. ⁊
hmõi ſtabit in clauſtro ſuo. Et illius
monialis q̄ hãc ſeruat. In vitis pr̄m.
Exēplũ anaſtaſij monachi q̄ ãnis. xl.
a demone infeſtatꝰ fuit de carne die=
bus ac noctibus q̄ tñ victor fuit. Mo=
riens eius diſcipulus vidit ipꝫ pluri
bus coronis decoratũ: ⁊ de p̄re Dñico
q̄ a fratribus rogatus. Pr̄ dic inquint
nobis verbũ ſalutis. O filij vobis cõ=
mendo carnis vr̄e integritatem. Qꝛ
maius miraculuꝫ eſt de ꝓpria carne
fomitē eradicare luxurie q̄ꝫ immundos
ſpũs expellere. ⁊ Ber. in ſermone ad
monachos. Cũ mulieribꝰ habitare ⁊
de mulieribꝰ nõ cogitare: maiꝰ eſt q̄ꝫ
mortuos ſuſcitare. Adde rõnem ſcḋꝫ
Tho. in. iiij. di. xlix. Qḋ virgines ma
ximã pugnã hñt: cã experiēdi: qꝛ ma=
iorē delectationem eſtimãt: q̄ꝫ ſit. Igi
tur virginitas eſt dignior. ¶ Scḋo
rõne ⁊c̄. Concluſio eſt Auctoris li. de
cauſis. Virtus vnita fortior eſt q̄ꝫ ſe=
parata. Exempli grã. Ignis hinc in=
de diſperſus parũ calefacit. Sed ecõ=
tra ſimul vnitus plurimuꝫ calefacit.
Ad ꝓpoſitum. Peto a te o ciuis i cha
ritate dei. Quis plus amat deũ: cõiu
gatus: an virgo. O pr̄ inq̄t coniugatꝰ
q̄d dicis? Ego quotidie ad miſſã ꝓpe
ro: ⁊ die dñico audio ſermones: ⁊ dico
douotiones meas. Coronã virginis.
Quinq̄ꝫ pr̄. ⁊ Aue maria. Tria ad re
uerentiã trinitatis. Quero a te cum
qua mente. Vere pat̄ mens eſt ad fi=
lios. Quõ habeã ad viuendum. Quõ
ſoluã ſalem. Quõ moliturã. Et tot
angarias. ⁊ tu o mercator. Ad mercã
tias. Artiſta ad artes. Et ſepe corpꝰ
domini leuatur: ꝙ nõ recordaris. Er
go amor iſte eſt diſperſus. Vna pars
mundi: alio dei. Quid dicis o Paule
i. Corin. vij. Mulier enim que nupta
eſt cogitat q̄ ſunt mundi: ⁊ quõ place
at viro. Quãuis m̄rimonium ſit ſan=
ctum ſunt tñ plura impedimēta qui=
bus mēs retardat̄ ab amore: o iuue=

ris qui vxorem duxiſti ꝙ ſpecioſa catena vinctus es: a qua mors ſola te liberabit. O quot labores: o quot tribulatiões. Si mulier eſt pulchra: vir eſt zelotipus. Si nigra: deſpicit. Si generat plures filios: vir vſurarius efficitur. vt ipſos foueat. O quot lachrime. O quot gemitus. ¶ Preterea de vxore que virum increpat. O ſcio: ꝙ alias pter me reſpicis. Preterea in domo. non ſunt ligna. non oleum. hi ſunt fructus matrimonij. Uirgo autē hꝫ cor purū ad deū. ⁊ fortiorē cāꝫ hꝫ diligēdi. hier. ad ſacras ꝟgines. o felix virgo in cui⁹ corde pter amorē xpi nullus alius ꝟſatur amor Jlle. Quia ix. Ethi Uera amicitia nō eſt niſi ad vnū. Scōm Tho. xxij. q. clij. ar. ij. Et phi. x. Ethi. Duplex ē vita. Una actiua q̄ ꝑtinet ad cōiugatos: alia ꝯtēplatiua. q̄ ꝑtinet ad virgines: q̄ dr̄ optia qui deū contēplatur. De qua apl̄s. i. Cor. vij. Mulier q̄ innupta eſt ⁊ ꝟgo cogitat que dn̄i ſunt: vt ſit ſctā ⁊ corpore ⁊ ſpū. Jlle. Uñ tanꝗ̄ amicus virginū ⁊ familiaris: fecit eis miranda. Ambro. recitat exēplū de quadā ꝟgine Elizabeth noīe: q̄ cū iret cū duab⁹ puellis quadā vice ꝑ quādā viā: dum eſſet nox viā ꝑdiderūt ꝑ ſiluā plorantes. Affuit angelus dn̄i. Nolite flere nuncius ſum veſtri ſponſi. Que dixerunt. Quis eſt iſte noſter ſponſus. Xp̄s inquit ieſus ꝑpter virginitateꝫ Que xpꝫ copulat. Prouerb. xxij. Qui diligit cordis mundiciā habebit amicum regē. ſ. deū. Et Sap. vij. Jncorruptio facit primū deo. Und̄ eas regulauit ꝑ viā ſuam. Preterea auxilium prebuit virginibus: vt ſue virginitatis ſeruarent decorem. Quis Luciā eripuit de tot malis. Quis Agnetem Quis Appolloniā. Quis Katherinā Uere xp̄s ieſus ob gratiaꝫ virginitatis. Hanc virginitatem inuenimus apud antiquos fuiſſe in maximo precio: ⁊ eos miranda feciſſe ꝑ conſeruatione eiuſdem. Ut fuit Engoldrada. Uirginia. de hippogreca: q̄ vno die iens ad littus maris: fuit a pyratis maris rapta ⁊ conducta in aliā ꝓuinciam. Dū eſſet iſta in via: ſenſit loqui pyratas velle ſecū capere amorē carnaleꝫ. Ubi cognoſcens ꝙ huic non poterat reſiſtere: niſi morte intercedente: ne ſuaꝫ perderet pudicitiam: ſe approximauit extremitati galee: ⁊ ſe in mare iecit. Eligens poti⁹ in aqua inter piſces vitā finire: ꝙ̄ inter crudeles pyratas corrūpere ſuā pudicitiā. De hac petrar. ij. Trium. caſtitatis. Et illa mulier greca que in mare ſe precipitauit vt celebs moreretur et duram euitaret ſortem. Preterea de Thucia virgine. De qua Uale. li. viij Que fuit romana: tēpore dee Ueſte dū eſſet iniuſte accuſata: ꝙ cōmiſiſſꝫ ſacrilegiū. Duꝫ eſſet cōſtituta ante ſacerdotem: vt audiret ſententiā patiēdi ſuppliciū ignis ſtatuti legibus romanis ab alia parte ſciens ipſa ſuam integritatem: atq; non haberet aliaꝫ viam qua poſſet ſe purgare: tandem cū ingenti cōfidētia dee Ueſte: cui pura mēte ſeruierat: ꝙ nō ſineret opprimi innocētiā ſue miniſtre: cribꝛuꝫ cepit ⁊ in preſētia ſacerdotis dixit hec verba: o dea Ueſta: ſi ego ſemper in tuis ſacrificijs vſa ſum manibus meis caſtis. ꝓcor facias ꝙ in iſto cribro porteꝫ aquā a Tyberi in ip̄o. Qd̄ factuꝫ eſt: oratione premiſſa. De hac Petrarcha. li. ſupra. Jnter ceteras illa virgo ſacra dee veſte que audacter currens ad tyberiꝫ ſe ab om̄i infamia purgatura ad templuꝫ retulit ex flumine aquaꝫ cribro. Preterea duodecim Sybille. merito ſue virginitatis teſte Tho. ꝓphetiā meruerūt. Lōgū eſſet narrare de alijs innumeris virginibus: ac pudiciſſimis mulierib⁹ q̄ pulchra et digna auditu eſſent: vt de domina Didone. dn̄a Lucretia ſpeculo toti⁹ honeſtatis. dn̄a herſilia. dn̄a Sapha. dn̄a Penelope. dn̄a Thamiſta. dn̄a Judith. dn̄a heſter. Uide Au. li. i. de Ciui. ⁊ Petrar. in. ij. Tri. Caſtitatis. Uñ ptꝫ ſcd̄a rō. ¶ Tercio rō:

ne ꝯformitatē. Cōcluſio Auctoris li:
de cauſis. Tanto aliq̄d pfecti⁹ ē:q̄to
maiorē hʒ ꝯformitatē cū ſuo p̄ncipio.
ꝛ Tho. xxij.q.clij.ar.vi. Tanto vna
virtus eſt maior:quāto p eam magis
aliq̄s xp̄o cōformatur. Jlle. Ad ppoſi
tū. Homo em̄ p virginitatē conforma
tur xp̄o:modo ſingulari. Quod patet
Apoc.xiiij. Cū iohānes vidiſſet hoīz
multitudinē pceſſionaliter incedētē
poſt regem:poſt om̄es venit comitiua
albis induta. Cui angelus dixit. O
Johānes hi ſunt q̄ cuʒ mulieribus nō
ſunt coinquinati:virgines em̄ ſunt:et
ſequuntur agnū quocūq̄ ierit. Nota
in verbo.Sequuntur ag. Nunq̄d non
alij ſancti. Uere ſic. Sed non illo mō
quo virgines.ſ.mō ſingulari. Qualis
ſit ille modus oſtendit Aug.li.de vir
ginitate:q: gaudent integritate men
tis ꝛ corporis.Sequitur. Cantabant
canticū nouū:quē alius non cātabat.
Qualis cantus nouus eſt iſte. Oſten
dit Greg.in paſto. Canticū nouū cuʒ
agno ſingulariter cātare:/eſt cuʒ deo
in perpetuū de incorruptione carnis
gaudere.Jlle. Hec eſt illa p̄clara vir
ginitas que xp̄m de celo ad terraʒ cō:
duxit.De inuiſibili: īmortali viſibilē
mortalem fecit. Unde eccleſia. San
cta ꝛ imaculata virginitas:quibus te
laudibus efferam neſcio. Quia quem
celi capere non poterant tuo gremio
contuliſti. Et Ambro.li.de offi. Quan
ta eſt gratia virginitatis:que meruit
a xp̄o eligi. Jlle.
¶ Terciū dr̄.ꝛc̄. Tho.in.iiij.di.xlix.
ar.i. Duplex eſt corona. ¶ Prima dr̄
aurea. De qua p̄s. Corona aurea ſup
caput.ꝛc̄. Que eſt quoddaʒ p̄miuʒ eſ:
ſentiale cōmune omnibus:quod conſi
ſtit in viſione diuine eſſentie. De qua
Augu.Uiſio eſt tota merces. Et cōis
eſt om̄ibus beatis q̄uis vnus limpi:
dius videat q̄ alius ſm̄ graduʒ chari
tatis. ¶ Secunda corona dicitur
aureola: que eſt quoddam gaudiū ac
cidentale:datū in ſignū victorie:ꝛ v̄:
tutis. Quod quidē datur pugnantib⁹
contra mundū:carnem:dyabolū. De
qua corona:in p̄s. Poſuiſti dn̄e ſuper
caput eius.ꝛc̄. Et datur tribus gene
ribus perſonarum: virginibus:docto
ribus: martyribus. Sed perfectius
virginib⁹:q̄ alijs. Quia nobiliſſimū
gen⁹ victorie eſt:nūq̄ ceſſiſſe. ¶ Sed
dubia tria ſunt querenda. ¶ Primuʒ
Utrū hec aureola detur viduis. Rn̄:
deo q̄ nō. Quia corona non debet̄ pu
gne: ſed victorie de pugna. Un̄ victo
ria v̄ginū eſt pfectior q̄ victoria vidu
arum:eo q̄ perfectiſſimū genus eſt vi
ctorie:nūq̄ hoſti ceſſiſſe: vt virgines
faciunt. Un̄ non datur viduis. ¶ Se
cundum. Utruʒ hec corona debeatur
marie virgini. Uidetur q̄ non Aureo
la debet̄ victorie de pugna. Ubi nul:
la pugna:nulla victoria. Sed maria
nullaʒ habuit pugnā carnis. per con
ſequens:nec victoriā:ergo nec aureo
lam habuit. Rn̄dit Albert⁹ q̄ maria
habuit aureolam p p̄mio virginita:
tis. Et rō: q̄uis maria non habuerit
pugnaʒ p tentationeʒ que eſt a carne
habuit tn̄ p tentationē que eſt ab ho
ſte demone qui nec xp̄m reuerit⁹ fuit
tentare. ¶ Terciū dubium. Utrum
aliqua mulier vi oppreſſa ſi cōcipiat
an amittat meritū v̄ginitatis. Tho
mas in.iiij.diſt.xlix.ar.iij.que.vi. Si
aliqua virgo per violentiā fuerit op
preſſa non amittit ob hoc aureolā vir
ginitatis. Dūmodo ppoſitum perpe
tue virginitatis ſeruande inuiolabili
ter ſeruet:illi actui nullo mō conſen:
tiēs. Un̄ Lucia dixit Paſcaſio. Si me
inuitam feceris violari caſtitas mi:
hi duplicabit̄ ad coronā: n̄ q̄ habeat
duas coronas virginitatis: ſed q̄ du
plex p̄miuʒ reportabit:vnum pro vir:
ginitate cuſtodita:aliō p iniuria paſ
ſa in martyrio. Jlle. ¶ Hyſtoria Jn:
nocentiū. ¶ Herodes aſcalonita ſub
quo natus eſt xp̄s. Sex habuit filios
Jnter quos duos plus dilectos. Ari
ſtobolum ꝛ Alexandrū. Quos romā
miſit litteris imbuendos. Completo
ſtudio domū redierunt. Qui ceperūt

tractare ꝺ̃ morte patris: vt ipſi regnū patris obtinerent. Quod pater audi-ens a ſe expulit. Illi autem Ceſarem adeunt: ⁊ de patris iniuria ſunt ꝯque ſti. Interim autē magi hieruſalez ve niunt: cōquerētes de nouo rege nato Herodes aūt nimis turbatus: timēs ne a regno auferretur. magos rogat vt eo inuento ſibi renūcient: ſimulās ſe velle adorare quem occidere vole-bat. Unde magi iuerūt p̱ aliā viā. Pu tans aūt eos deceptos a ſtella inquiſiti onez pueri ieſu penitus reuocauit. Citatus aūt a ſanatu ⁊ a Ceſarē au guſto ſuper reſpōſa filiorū ſententiaz habuit p̱ ſe. ſcz. vt filij pr̄i obedirent. Reuerſus cum victoria et audacior factus. dū audiret de puero q̄ a pa-ſtoribus ⁊ a magis eſſet adorat⁹ ⁊ q̄ natus eſſet: occidit om̄es pueros qui erant in Bethleem: abinatu. ⁊ infra id eſt ab infantibus duoꝝ annoꝝ vſq̄ ad pueros vnius noctis. Sed deus n̄ eſt paſſus tantaz herodis neq̄tiam: ſe ipz occidit. Et ita ea morte mortuus eſt: qua alios affecit. Sancti ꝟo Inno centes ſunt in celo ⁊ in terra gl̄ificati

¶ In feſto ſancti Thome cantu.
De neceſſitate boni operis.

POſuiſti dn̄e ſuper caput ei⁹ coronaz de lapide p̄cioſo. In ps. ¶ Cuz alto conceptu ⁊ artificioſa cō cluſione antiqui phi. lege naturali p̱ luſtrati: in tres differentias vitam ho minis declararunt. Una dicta volup tuoſa ⁊ carnalis. Una politica ⁊ ciui lis. Una dicta deuota ⁊ ꝯtemplatiua. Cauſa harꝝ poſitionū ponitur a phi. in. i. pol. Qr phi. hoiem ꝯſiderauerāt in tribus modis. ¶ Primo inquātum diſcedebat a lege naturali et lumine rationis inſequendo appetitū ſenſiti uuz. Iſto mō attribuebāt ei vitā carna lem. De hoc ait romanus Paulus. i. coꝝ. ij. Animalis homo non p̱cipit ea q̄ ſunt ſpūs dei. Et ps. hō cū in hono re eēt. ⁊c̄. Et Dātes li. i. Cauſa. xxvi. Conſiderate veſtraz originem. Crea ti non fuiſtis vt brutaliter uiueretis: ſz ad inſequendū ꝟtutem ⁊ intelligen tiaz. Et in. ix. paradiſi heu aie dece-pte ⁊ creature impinguate q̄ a tanto bono deflectitis corda diligendo ad vanitates ſenſuz vſm. ¶ Secūdo inq̄ tū ſequebatur lumē rationis. Ex hoc attribuebāt ei politicam. In. i. Pol. homo eſt animal politicum ⁊ ciuile. Apuleus li. de deo Socratis. Preſtā tiſſimum animal in terris: eſt homo. quia ratione eſt vigens in. vij. Pol. Inter om̄ia aīalia ſolus hō rationem habet in. ij. Pol. In tantuꝫ inquit eſt homo inquantum habet rectitudinez in ſeipſo per ſubiectionem paſſionuz. ¶ Tercio inq̄tum erat deditus vite contemplatiue et virtutibus. Ex hoc dicebant ipm̄ diuinuz ⁊ ſanctū in. vij Ethi. Homines dicuntur dij propter virtutis excellentiā. Apuleus ꝺ̃ deo Socratis. Nichil eſt deo ſimilius q̄ vir animo p̱fecte bonus inducendo p̱ omnes res que a nobis poſſit ſola ꝟtus intelligitur illa eſſe que nos con ſtituit in ſtatu digno om̄i laude ⁊ ho nore. Unde Plautus in amphitrio-ne. Uirtus in ſe habet oia. Ille. Qua lis fuit vnq̄ ille: in quo diuina ꝟtus habitaſſet: qui aduerſas influentias celi: calamitates terre cuz animo for ti non tolerarit. Et imperio ille ſup-mus et celeſtis deus honorauit ſuis bene meritis glorioſum Thomaz. ⁊c̄ ſuper quo poſuit coronam aureā. Po-ſuiſti domine ſuper caput ei⁹ coronā martyrij: doctoratus: virginitatis: in quibus verbis quia ſanct⁹ Thomas de quo hodie eccleſia feſtuz celebrat fuit ſollicitus in opere bono propter q̄ deus euz ſublimauit in celo. De ip ſo bono opere loquamur ad noſtrū do cumētuz. De quo tria videbimus.

¶ Primū ꝺ̃r argumentationis.
Scd̄m ꝺ̃r declarationis.